



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

D[omi]nica 4. post Epip. Eua[n]g. Ascendente Jesu in. Matth. 8. Homili[æ]
tres

urn:nbn:de:hbz:466:1-35308

EVANGELIUM 129

DOMINICAE QUARTAE POST

Epiphania Domini.

Matthæi 8.



In illo tēpore: Ascen-
dente Iesu in nauicu-
lam, secuti sunt eū disci-
puli eius. Et ecce mo-
tus magn⁹ factus est in
mari, ita ut nauicula o-
periretur fluctibus. ipse
uero dormiebat. Et ac-
cesserunt ad eum disci-
puli eius, & suscitau-
erunt eum, dicētes: Do-

2. Para. 10

mine, salua nos. perimus. Et dicit eis Iesus: Quid
timidi estis modicę fidei? Tunc surgens im-
perauit uētis & mari. & facta est trāquillitas magna.
Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est
hic, quia uenti & mare obediunt ei?

Marci. 4.
Luce. 8.

HOMILIA PRIMA.

Evangeliū hoc ex eodem Matthæi capite, quo il-
lud diei ab hinc octauæ desumptū est, quo & uos
fratres charissimi miracula audiuitis duo eque ma-
gna & admiranda: alterum, ipsam leprosi mundationē:
alterum, paralytici ipsius centuriōis pueri solo uerbo cu-
rationem. Deinceps refert Matthæus, quomodo socrum
Petri sanārit a febris, multosq; dæmoniacos a spiriti-
bus liberārit immūdis, omneq; morborū genus ab agro

Matth. 8.

- tantum profligârit corporibus. Statimq; cum discipulis istum iussisset, sinere ut mortuimortuos sepelirent suos, sequitur euangelium hodiernum, quomodo Christus cõscenderit in nauim. Vbi dicit Origenes : Cum multa magna & miranda ostendisset in terra, transiit ad mare, ut & ibidem excellentiora adhuc opera demonstraret, quatenus terræ marisq; dominum se esse cunctis ostēderet.
- Origenes** Sanctus enim Hieronymus & hic acute inducit, quomodo septem illa miracula probe se consecuta cohæreant, leprosi mundatio, sanatio paralytici, curatio socrus Petri, demoniacorum liberatio, pacatio maris, duorum obsessorum restitutio, & paralytici cuiusdam in Capharnaum sanatio. Neq; uero in aliquo septem horum miraculorum uspiam solos sibi adiunxit discipulos, nisi tunc demum ingressurus mare seu stagnum. Eius rei rationem reddit sanctus Chrysostr. cum ait: Turbas præmississe, ac discipulos tantum secum retinuisse dominum euangelistę dicunt. id autem nec frustra neq; casu fecit, uerum ut futuri signi miraculo ipsos corroboraret. Nam palęstrę magister optimus ad utrunq; eos exercebat, ne aut terrore uincerentur, aut honoribus efferrentur, & simul in ferendis aduersis facit meliores, quoniam ut signa demonstrarentur, turbas quoq; admittebat: ubi uero ad signa timor quoq; & tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad prædicationem & pericula erat missurus.
2. ¶ Et ecce, inquit euangelista, motus magnus erat in mari. Verum ista undarum & procellarum commotio ex uirtute proueniebat diuina, sicut & illa tēporibus Ionæ, quando misit dominus uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Ita hic quoq; ait Origenes, ingressus dominus nauiculam, fecit turbari mare, commouit uentos, concitauit fluctus. Cur hæc? ideo ut discipulos mitteret in timorem, & suum auxilium postularent, suam quoq; potentiã rogantibus manifestaret. Hinc igitur uos quoq; discite, si quando uobis dominus uel aduersitates uel tribulationes immittit, inuocare ex animo dominum, non murmurare. sæpe enim nos torpentes in bono, dominus hoc modo ad pietatem excitat & opera bona, sicut & Dauid in-
- Hierony.**
- Chrysostr.**
- Jonę. r.**
- Origenes**

quit: Ad dominum cum tribularer, clamaui. & de alijs q̄. *psalm. 118*
 q̄. Clamauerunt ad dominum, cum tribularentur, & de *psalm. 106*
 necessitatibus eorum eduxit eos. Ne dubita profecto ne-
 cessitate (quod habet prouerbiū) magna ad cursum in-
 struitur equus quamuis ignauus, pluresq̄ longe ad cælū
 perduxit aduersitas, quā fortuna secunda & adulatrix
 lætitia: unde quicquid tibi aduersum accidit, uelut nunci-
 um suscipe dei. statim enim urget & uel inuitum impel-
 lit ad deum. Quod si sine exēplo nō credis, en hic ipsum *psalm. 68*
 tibi tribulatum & grauit̄ afflic̄tum, clamantem ad do-
 minum: Exaudi me domine, quoniam benigna est miseri-
 cordia tua, secundum multitudinem miserationum tua-
 rum respice me, & ne auerras faciem tuam a puero tuo,
 qm̄ tribulor, uelociter exaudi me. Intende animæ meæ &
 libera eam &c. Ecce quā ex animo precatur, quāq̄ ce-
 lerem & festinatam opem implorat, qui in tribulatione
 est, & aduersitatibus premitur.

¶ Et hic quoq̄ preparaturus iam apostolos suos Chri-
 stus, & instituturus ut cognoscerent, se in omni necessita-
 te refugium ad dominum habere debere, præcepit iā mo-
 tum hunc maris fieri. Quod & Origenes agnouit, cum di- *Origenes*
 ceret: Tempestas illa nō ex sese oborta est, sed potestati
 paruit imperātis, eius qui educit uentos de thesauris suis,
 qui terminū mari arenā cōstituit. Volebat enim hoc ipso *psal. 134*
 miraculo declarare Christus, se & esse & credi ab om̄ibus
 deum uerū, de quo iam olim Dauid dixerat: Qui cōturbas *psalm. 64*
 profundū maris, sonum fluctuū eius. Tantæ fuerunt aut̄
 istæ pcellæ maris, ut illi iam de periculo metuerēt & sub-
 mersione nauis. Atq̄ merito quidē magna tempestas ex-
 titit maris, q̄a magnum opus facturū & exhibitur⁹ erat
 dñs, sicut ipse rei docebit exit⁹. 3. Obdormiuit dñs, resusci-
 tatusq̄ est a discipulis. Ores mirabilis & stupenda, inq̄
 Origenes, Is qui nunq̄ obdormit, dormit: is qui cælum & *Origenes*
 terrā gubernat, dormit. dormiebat quidē corpore, sed ui-
 gilabat deitate: quō cū ad fontē ueniret, fatigatus etiā le- *Johan. 4*
 gitur. Eū enim hic iuxta diuinitatē nō dormiuisse uel hoc
 satis arguit, q̄ tā ualide morū est mare. illud nāq̄ quō cō-
 citasset dormiēs: Ois aut̄ ista dormitio, ppter discipulos tā
 tū facta ē dispēsatiue, ut sic illi uegeti magis et robusti red-

- derentur. Marcus enim super cervical eum dormiuisse asserit. Vt ut sit, simulauit ille somnum ad tempus, talemque se gessit, quasi qui adiuuare non uellet. Aliam adhuc rationem adsignat beatus Hieronymus, eamque ferme huiusmodi: Typus utique domini Ionas extitit, uel Christo testante, unde non sepultura tantum adaequari illi uoluit tridua, sed in hoc quoque, quod etiam Ionas, periclitantibus omnibus, solus dormierat in nauis, ita hic quoque ex somno resuscitatus Christus, apostolos seruauit, quod Chrysostomus in hunc modum refert: Quod si uigilantem etiam dominum uidissent, aut non adeo pertrinuissent, aut petere ab eo salutem quod pericula eorum uideret, neglexissent, aut non posse ipsum fluctus sedare putassent, fuit autem haec maris procella & turbatio ueluti significatrix istius imminentis tentationis, de qua Paulus inquit: Non uolumus uos ignorare fratres de tribulatione nostra quae facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut tederet nos etiam uiuere. Ad huiusmodi nimirum futura pericula istis aduersariis instruebantur discipuli. Verum haec tibi esse debet summa consideratio, ut maxime appareat dominus dormitans, nihilque agens, tu tamen ipsum excita cum apostolis, profecto enim non dormit ille, quam diu etiam cervicali innixus iacet, somnumque suum simulat, quod ipse in Canticis testatur, dicens: Dormio, & cor meum uigilat. Neque laruit illud sedulum illum excitatorem domini Dauidem, cum in psalmis caneret: Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Quisquis est igitur homo diuinae operis indigus, clama, ne cesses, inuoca dominum, & exalta uocem tuam, dicens: O domine Iesu Christe, ne dormites super me miserimo peccatore, sed uigila super me auxilijs & alis gratiae tuae distentis, ne quando peream in profundo pelagi & mari huius mundi demergar, in mari isto magno & spatiofo, ubi reptilia sunt, quorum non est numerus.
4. ¶ Suscitatio porro illa domini per apostolos non simpliciter facta est, autore Origene. usque adeo enim illi erant exterriti & perturbati, ut iam super ipsum irruerent Christum, eumque penè importunius excitarent, dicentes: Domine salua nos, perimus, Quam sit periculum horribile in ma-
- Hierony.**
- Matth. 12.**
- Chrysost.**
- 2. Cor. 1.**
- Cantico. 5**
- Psalm. 120**
- Psalm. 103**
- Origenes**

ri simul & omnibus aquis naturaliter, destitutos iam omni spe uitæ, nullam habere euadendi uiam, seu auxiliij expectationem, qui experti sunt, nôrunt. Irruentibus igitur hic quoq; procellis undiq; & increbescētibus undis, tantumq; non fracta aut merfa nauī, an non tremerent, horrerent, trepidarent discipuli, eo maxime, quod iuxta Christi testimonium fidei adhuc modicę erant? Id adeo contemplans Origenes, sic inquit: O beati, o ueraces dei discipuli (alia lectio habet uæcordes) dominum saluatorem uobiscum habetis, & periculum timetis? uita uobiscum est, & de morte solliciti estis? maris turbinem timentes, creatorem eius presentē suscitatis, quasi non possit dormiēte corpore, fluctus sedare aut mitigare? Quod si dixeris hanc excitationem non esse infidelitatis signū: nanq; si eum plane non credidissent maris quoq; uel (ut isti loquūtur) falsi potētem, nec eius opem implorassent, neq; ipsum excitassent. Respondet Chrysostrmus, credidisse quidem eos, unde & discipuli fuerunt Christi, non futuri utiq; si nihil credidissent. fides autē ista, iuxta uerbum domini, modica erat, unde & dominus increpabat eos, quasi dicens: Creditis uos quidem posse me adiuuare uos, uerum non creditis posse me idem illud dormiēte iuxta præstare ac uigilantem. Quia igitur fides in uobis modica est, ad eam augendam uosq; in ipsa exercendos, ecce in nauim adsumpsi mecum, & hanc tam ualidam cōcitauī tempestatem. Cur non tanta uobis inest fides, ut cū Dauide dicatis, Si habitauero in extremis maris, ecce il-
 luc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua? Noui equidem fidem uestram. dominum etenim me dicitis, creditis etiam me creaturis omnibus dominari, & sic me posse imperare potestati maris, eiusq; fluctus sedare. creditis, quoniam uerbis corripere possim, unde & opem ex me quæritis, cum Dauide clamantes: Eripe me & libera me de aquis multis. Verum hæc omnia eo non sufficiunt, q̄ putatis me non eadem quoq; posse dormiētem: quod arbitramini ut corpore, ita ratione & diuinitate etiam me dormire. Non sic inquam, non sic, Dormio quidem ego, sed cor meum uigilat. Quid itaque timetis? aut quantula & ubi est fides uestra? Huiusmodi quæ-

Origenes

Psalm. 138

Psalm. 143.

Malum. 2

Cantico. 5

dam, quæ apostolis dixerit Christus, pro se suaq; pietate meditari quisq; poterit, cum certum sit, & ueluti perpetua quædam regula haberi debeat, euangelistas non semper ipsa, pprie & exacte descripsisse uerba, ut dicta sunt: *c. cñ mar. de celeb. miss.* quamuis enim ea retulerint interdū, tamen plurimis in locis idipsum non fecerunt, contenti plerunque historiam breuiter & fideliter recensere; aliās quis futurus erat scribendi finis, quādo & Iohānes testatur, si omnia oportuisset scripta, ne mundum quūlem sufficere potuisset capiēdis omnibus illis qui scripti essent, libris? Id adeo luce clari⁹ ex hoc loco patet, ubi Mattheus refert dixisse Christū ad apostolos: Quid timidi estis modicę fidei? Marcus uero: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Lucas autem in eiusdem rei descriptione, ait ipsum eos increpasse in hæc uerba: Vbi est fides uestra? Ex illis tam diuersis constat, Christum & hæc ibi in euangelio comprehensa, & nō plura dixisse uerba ad apostolos.

Matth. 8. Mar. 4. Lucę. 8.
 5. ¶ Surrexit itaq; Christus & imperauit uentis ac mari. Vbi notandum est, non sane temere singulos illos euangelistas tres, descripsisse adeo discriminatim increpationem istam, Christumq; uentis simul imperasse & mari; quoniam tempestas ista non a uentis mouebatur tantum, sed & ex ipso fundo maris consurgebant & erigebantur undæ, quæ tempestatem horridiorem neq; paulo faciebant periculosiorem; & sic a uento desuper ex aëre, ab undis aut ex imo maris grauitur affligebantur. Et ecce dedit hic nobis dominus doctrinæ imaginem, ut & nos in omni cōturbatione & contumelia patientiam teneamus, stabiles simus, fidem non deseramus. Et si omnis iste mundus tanq; mare ebulliat, atq; in furorem consurgat, & si omnes uenti & uertigines dæmonū undiq; sæuiant, & si omnes tēpestas maris, id est, omnes principatus & potestates mūdi concitentur, & in tumore iracundię spument, ut furiant sup sanctos, & si adhuc usq; ad cælos sese extollāt, ut tempestates maris malignantes ac dolos & fremitus concitant aduersus aliquem uestrum: nolite timere, nolite turbari, nolite contremiscere, nolite deficere. Omnes quot in fidei nauicula cum domino nauigatis, oēs q; in hac nimirum sanctæ ecclesię nauicula cum domino

Origenes

per hunc undosum supernatatis mundum, et si ipse dominus dormiat pio somno, nostram patientiam & tolerantiam expectans, uel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinens, alacriter accedite ad eum, orationibus instantes, atque cum propheta dicentes: Exurge, quare obdormis domine? exurge, adiuua nos, & redime nos propter nomen sanctum tuum. Cum igitur iam dominus potenter adeo uentis imperasset & mari, facta est tranquillitas magna. Et hoc est miraculum illud admirandum, quod fecit hic dominus, qui nobis post undosas huius miseræ procelas, trāquillam donare dignetur requiem in cœlesti patria, Amen.

HOMILIA SECVNDA

dominicæ quartæ post Epiphaniam domini.

Satiatis quinque hominum millibus in deserto ex pauculis panibus, & adhuc remanentibus reliquijs, legimus præcepisse discipulis suis CHRISTVM, ut ea quoque colligerent fragmenta, ne pereant. Id ipsum nos quoque facientes, reliquias quæ ex euangelio proximo Matthæi octauo nobis supersunt, adhuc proferamus. eas ubi fregerimus, uos dentibus fidei masticare & conterite, inq̄ augmentum sanctæ pietatis conuertite.

¶ Refert hic euangelista, ascendisse Christum in nauiculam, prædicando occupatum, neq̄ contentum ijs qui citra mare habitabāt & erant hoibus prædicare, nisi insup̄ ulterioribus quoq̄ istis euangelizaret, ad quos iam nauicula uectus progrediebatur: dumq̄ ueheret, sopitus est, sed studiose & ita uolens, ut sic occasio daretur miraculo, quamuis uerisimile est, eum iam defatigatum, ista corporis requie non parum indiguisse. Quicquid sit, cōstat hic dominum hæresim confutasse Manichæorum, dum ministerio uti non dedignatur nauiculæ, ut naturam hoc modo suam testaretur humanam: qui diuina sua omnipotentia poterat inambulare aquis, quod & alibi fecisse eū legimus, quando quarta noctis uigilia uenit ad discipu-

Psalm. 49

Johan. 6.

Matth. 14

Mar. 4.

los suos, ambulans supra mare. Sed & dormiens, hominē se testatur esse, qui deum postea in exhibitione miraculi se declarauit, ut & nos cōfirmaret in fide, facili^o hoc modo credituros, & deum esse ipsum & hominem uerum. fatigationem quoq; suā Marcus exprimere uoluit, cum diceret: Dimittentes turbam, adsumunt eum ita ut erat in nauis, ubi p̄dicauerat. Et aucti uelut à labore continuo, ceruical supposuerunt ei: quo ille tamen non abusus ad uoluptatem, sed ad honestam quietis usus est necessitatē, nos quoq; docens, posse laborum nostrorum recreationes admittere & refocillationes: quoniam & ipse ceruical tantū, neq; plus subijci passus est sibi. & nos igitur necessarijs illis non ad uanam mundi carnisq; abutamur uoluptatem, siquidem istud quoq; per prophetam prohibuit dominus, dicens: Væ uobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris. Neq; uero legim^o Christum sanasse quenquam in lecto decumbentem, & quod apud Iohannem habetur de claudo, quem sanitati restituit dominus: sunt, qui dicunt eum quoq; non iacuisse in lecto, sed ceruicali, uili nimium & abiecto, cui iste capite tātum fuerit innixus & humeris. Quamuis in ea re haud ita multum est positum. uocabulum enim istud grabatū, à καρά deducitur, id est, caput, & dicitur quasi καράβατος, sed hæc ad scholas sunt releganda. Et hæc prima propositi euangelij pars est, qua declaratur, Christum non ut nauis indigum, nauim ingressum, sed quoniā nauis egebat Christo, peritura utiq; si sine ipso fuisset.

2. ¶ Quomodo autem ille uirtute sua diuina concitauit uentos, dictum est homilia præcedenti. constat sane ipsum id adeo fecisse, ut fidem eorum confirmaret & augeret, ipsosq; simul ad subeundas confortaret tribulationes. Non desunt tamen qui uelint obortam esse hanc tempestatem propter Iudam, qui & ipse fuerit in nauis. certū enim hoc est, commercia malorum non raro causam esse periculationis bonorum, quomodo & in ueteri testamento præcepit deus: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad ipsos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum, & pereatis. Vnde & Glossa quædam super Lucā dicit: Merito turbatur nauis, in qua

proditor est cum bonis. & qui suis meritis firmi fuerant, turbantur alienis. Res est sane contagiosa & nocua, ubi uel unus fuerit malus bonis immixtus, quid futurum, si multi mali bonis conuersentur? Iosue ex præcepto dei dicebat ad populum Israel: Anathema in medio tui est Israel. non poteris stare cum hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. En hic exemplum tibi, ubi unius hominis flagitium in totam redundat hominum multitudinem, sicut adhuc hodie usu uenire uidemus, ut dum ex aliquot malorum uitis iratus deus, famem, pestem, annonæ caritatem immittit, eidem cum impijs istis supplicio subiecti sint etiam boni omnes, Testatur autem & Iob, inter filios dei apparuisse etiam sathan, statimq; eum effecisse, ut Iob bonis suis primum, dein liberis priuat⁹, mox corpore toto castigaretur. Sed & in alio scripturæ loco legimus, q̄ sathan cum uenisset inter filios dei, fecit ut esset spiritus mendax in ore omni um prophetarum. Sunt igitur mali ex omni hominum congregatione exigendi, ne ab eis cæteri quoq; perturbentur, uel propter ipsos malum sustineant: quamuis dispensatorie inter apostolos suos Christus Iudam sustinuit & passus est, quonia⁹ Iudas necdum malitiam suã manifestarat, nec se ad fœdum prodicionis scelus intromiserat. Cum autem consideras hic & uides etiam apostolos, quibus dominus adest, tentationum secularium procella perturbari, attende (ut habet Glossa super Lucam 8.) & aduerte neminem sine tentatione de hac uita posse trans migrare, si quidem quod Paulus ait, uerum est, ut est sane uerissimum, quoniam omnes qui pie uolunt in Christo uiuere, persecutionem patiuntur. Quomodo angelus quoq; Raphaël dixit ad Tobiam: Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

Iosue. 7.

Iob. 1.

3. Reg. 22.

Glossa.

1. Tim. 3.

Tobi. 12.

3. ¶ Audiuius nauiculam undis ac procellis hinc inde iactatã & impulsam, ipsosq; adeo discipulos metu perculsos, trepidare tantum & horrere, tandemq; de uita iã desperantes ad Christum confugere, & ipsum excitare. Discamus igitur hinc & nos in necessitate constituti, ut omni primum moto lapide ad profligandam illam, dei tamē nō obliuiscamur: subinde clamemus ad ipsum, opē

illius inuocemus, exemplo ipsius Iosaphat nos id quod
 sic docentis: Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc
 solū habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.
 Ideo enim obdormiuit Christus, ut probaret, quomodo
 apostoli recursum omnem & refugium suum habituri
 essent ad dominum, sicut omnes nos facere debemus iuxta
 preceptum sancti Petri: Omnem sollicitudinē uestrā
 projicite in deū, quā ipsi cura est de uobis. Et Dauid dicit:
 Mendicus & pauper sum ego, & dominus sollicitus est mei.
 Cum autē ex modica fide petebant discipuli, increpabat
 eos dñs. & nota, increpat ille primum discipulos, deinde
 uentos, inquit Chrysostomus. namq; timor iste quem habebant,
 non erat causa quā obrem in tentationē inducerentur,
 sed imbecillitas mentis. Et quāuis apud Lucā post uentos
 obiurgantur discipuli, tamen hoc inde tātum colligitur,
 quā discipulos ante et post obiurgatos uentos increpauit:
 Quid timidi, inquit, estis modicę fidei? quasi diceret:
 Si deum me uere eē creatorem omnium suscepistis, quare
 non creditis, quę ea quę a me facta sunt, in mea habent potestatem?
 quare ergo dubitatis pusillę fidei? qui pusillum credit,
 arguetur, & fragiles in fide. alieni autem a fide, omnino
 punientur. Qui in fide sunt imbecilles, pie corripuntur;
 a fide autem qui plane sunt remoti, excruciantur & torquentur,
 sicut & olim, & nunc quoq; obstinati Iudæi simul & Ethnici
 faciunt. unde factum est, ut in sua indurati malitia iamdudum
 perierint. Et uos itaq; in Christo dilectissimi, curate ne in
 immensa malorum turba connumeremini. fidem potius uobis
 parate constantem & firmā, ne tandem a deo iusto condemnemini
 iudicio, ne quando in fide deficientes graui metu corripiamini,
 maxime mortis tempore, cum fidei afflictio siue tentatio grauissima
 est. & tūc si quem uidet diabolus in fide pusillanimē, eum uero
 adoritur, deniq; eum omni admoto ariete concutere molitur,
 & ea fide deicere, sicut dictū est illi a deo in serpente:
 Ipsa conteret caput tuum (uel ipsum semen conteret) & tu
 insidiaberis calcaneo illius. per calcaneum, hoc est, quod in
 homine inum existit, terminum & ultimum istud humanę uitę
 intelligere debemus morsum, cui omnium maxime insidiatur
 diabolus. Neq; sunt

iam pauci, quos quis sibi uidet fortissimus & fide plane inconcussa, ad credendum uero leuissimus atque facilissimus est: ubi autem serio pugnandum & ultimo isto conflictu decertandum fuerit, ibi demum quisque hostiles experietur & sentiet afflictiones in fide, fortissimosque insultus. quod considerans Paulus, recte fidem scutum appellauit, dicens: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exinguere.

Ephes. 6

¶ Hic namque dum quis in hac uita fidem sibi habere uideatur, & optimam & rutissimam, similis illi est, qui truncum in aqua fluentem ducit, ipso aquae fluxu urgente facillime: uerum ubi ad litus uentum fuerit, tum demum qui prius leuiter in aquis truncum promouerat, sentit in tollendo & eleuando illius grauitatem ac pondus. Eodem plane modo quisquis hic securo nauigat aura, quisquis quidem fidem habere se putat securam, is ubi ad uitae littora adpulerit, uitam commutaturus morte, tunc denique uidebit, quidnam hic crediderit, qualemque fidem habuerit. Nemo itaque de se nimium praesumat, nemo fidem se habere putet fortem & ad omnem cuiuscunque periculi euentum constantem. Quin potius ad dominum clamet cum apostolis: Domine, adauge nobis fidem.

Simile ap-
tissimum.

Luc. 17.

¶ De pusillae fidei modicitate reprehensis iam discipulis, Christus porro consurgens, uentis quoque imperat & mari. Ex quo intelligimus, inquit Hieronymus, quod omnes creaturae sentiant creatorem. quas enim increpauit, & quibus imperauit, sentiunt imperantem. Non errore haereticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Ex magna tempestate parem fecit dominus serenitatem, magnus erat dominus, magnaque eum decebant opera. Et sicut hic sedauit mare, ita idem ille dominus quotiescunque in ecclesia uenti oboriuntur, tempestatesque persecutionum, per haereticos siue gentiles, ubi ille saltem imperauerit uentis diaboli, subito euanescent, magnaque statim pax & tranquillitas redit ecclesiae. Ah quam nunc quoque operae precium foret & necessarium, excitare dominum. Quantus enim in nos irruit ex oriente uentus Turca iste senescens, nauiculam Christi & Petri submersurus? Exciderunt

Hieron.

Origenes

Iam in medios fluctus & undas maris imperatoriae sedes
 duæ, & regna plus quam triginta. Deperiit, proh dolor
 & pudor, augustissima Constantinopolis. Quid nobilissi-
 mum referam imperium Trapezuntium? Nequidum finis,
 adhuc furit ventus pestilens, pariq; atrocitate in Croa-
 tiam, Hungariam sævit & Carniolam, quarum tamẽ bo-
 nam iam antehac abripuit partem, sicut & Christianissi-
 mam nobis nostræq; fidei abstraxit Rhodum, Rhodum
 inquam insulam illam, uel ob hoc unũ perpetuis ad astra
 usq; ferendam laudibus, q̄ tantisper se summis tutata est
 uiribus & conatibus, dum tandem iugo istius quoq; inui-
 ta collum subderet (ah uix à lachrymis mihi tempero) &
 imperio neq; adhuc quicquam de aliquo fine constat, in-
 dies aliud ex alio malum. En autem alium tibi, & bonis
 omnibus odiosissimum ex aquilone uentum, Lutherum,

Lutherus
 Jere. 2.

Heretici

Deut. 32.

ut sic impleretur Ieremiæ uaticinium: Ab aquilone pan-
 detur omne malum, ex quo alius adhuc lateralis uentus
 ortus est perniciosus, qui seditiosum rusticorum uulgus
 concitauerat, quod tamen infelici exitu eorum sedatum
 est, & inenarrabili damno. Pestilẽtis adhuc exortus no-
 bis est, magisq; turbidus & uæsanus ex occidente uentus
 in Zuinglio, Bucero, istorumq; similibus, qui ipsum etiã
 (qua sunt pertinacia & crudelitate) è nauicula Christum
 exturbare & præcipitare moluntur, quiq; eundem iam
 sibi ex sacramento altaris eiecisse uidentur. Et ne quarta
 cæli plaga nihil quod minetur habeat mali, ex meridie
 in septimum iam annum perpetua nos terrent capitem
 Christianismi bella, cum immẽsis ambarum partiũ sum-
 ptibus, nec sine magna pauperum diuitumq; totius Ita-
 liæ internecone, & cum maxima sanguinis multorum
 innocentum profusione. O miserrimam Christianismi
 conditionem. Nunquam Turca fuit potentior, nunquã
 hæresis forrior, nunquam bella crudeliora, qbus uel plu-
 res, uel potentiores inuoluti fuissent principes & opri-
 mates uiri, Papa, Imperator, Reges Galliarũ & Angliæ,
 Venetiæ, Germani, Hispani, Siculi, Neopolitani, Itali,
 Franci orientales, & Helueti, ut præ oculis iam sit illud
 quod olim Moyse dixit: Foris uastabit eos gladius, & in-
 tus pavor. Quid multa; in hæc iam tempora incidimus,

de quibus Azarias: In tempore, inquit, illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitationibus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia dominus conturbabit eos in omni angustia. Tantum nos iuuare potest in hac tribulatione dominus, quem & excitare debemus oratione sedula, ipsumque deprecari, ut uentis istis turbulentis imperet, eosque cessare iubeat, sicut & hic & alibi per Sapientem facere iubemur: Circudederunt me undique, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiam tuam domine & cooperationis tuae, quae a seculo sunt, quoniam eruis sustinentes te domine, & liberas eos de manibus gentium. Periculum est tamen, ita subito non desituros istos uentos, quoniam peccata nostra nondum desinunt. iusto igitur iudicio & uentos non sedabit deus. Omnes enim creaturae seruiunt & parant imperio dei, idque in hominis confusione, ignominiam, & condemnationem. Iubet (inquit Origines) mari, & non contemnit: dicit uentis & temporatibus, & mox compescuntur: iubet omni creaturae, & non supergreditur iussionem eius. Et hominum genus, & unum quod secundum similitudinem dei honorificatum est, cui uerbum & prudentia data est, hi soli homines resistunt, hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemnunt: ideo hi soli in iudicio damnabuntur, & a iustitia punientur, ueluti deteriores mutis animalibus, uel his quae sine spiritu & anima sunt in hoc mundo. Deus tamen ille misericors & miserator dominus, misericordiam nobis & gratiam suam donare dignetur, Amen.

HOMILIA TERTIA

dominicæ quartæ ab Epiphania domini.

Tantum nobis reliquiarum ex primo sermone remansit, ut iustum adhuc ex illis confici possit conuiuium. Age igitur ulterius iam euangelium istud tractemus: Christus ascendit in nauiculam, orta est statim tempestas, trepidantes dominum excitauerunt discipuli, quos ille increpauit, uentisque imperauit & mari, unde facta se-

renitate magna, admirati sunt homines, & dixerunt: Quis est hic, quia uenti et mare obediunt ei? Vbi si quæris qui nam isti fuerint homines, en tibi respondet Hieronymus: Non discipuli, inquit, sed nauæ & cæteri, qui in naui erant, mirabantur. & si cōtentiose quis uoluerit eos qui mirabantur, fuisse discipulos, respōdebimus recte homines appellatos, qui necdum nouerant potentiam saluatoris. Origenes tamen diuersum sentiēs, dicit: Non putes hic per homines apostolos esse significatos. nusquam enim inuenimus præter honorem cognominari domini discipulos, sed semper aut apostoli, aut discipuli nominantur. Intelligit itaq; istud ille uel de ijs qui simul nauigabant, uel quorum erat nauicula. Auditum est autē iam antehac ex Chrystomo, solos cum domino discipulos nauigasse. Quamuis in hoc parum situm est, siquidem facile dici poterit, plures dominum esse secutas nauiculas: sed & stagnum, quod ex Iudaici sermonis idiomate mare cognominatur, non adeo latum est & amplum, ut nō in ipso uidere potuerit littore, tempestatem & periculū perichlantium in naui. Ad hæc considerāunt illi quoq; subitam adeo serenitatem ex uentis & mari tam repente præter naturam exortam. aliās enim compositis iam uentis fremitus non statim sedatur, & estus aquarum, ut iam non temere admirati sint illi: neq; parua ista erat admirationis causa, q̄ uidebant mare ex imo profundi concitatum, ipsosq; adeo sedatos uentos, unde & dicebāt: Quis est hic? non q̄ sic interrogarent, sed quoniam confirmabant, ueluti dicētes: Maior hic est q̄ Moyses, potentior Elia: quorum ille ui mare diuisit, uirga illud feriens: hic uero pallio Iordanem percussit & separauit, ut sic arida cum Eliseo uia pertransiret, tandemq; igneo curru raperetur in cælum. Horum tamen omnium magnum extitit discrimē. Moyses em̄ illud fecit ut minister & seruus, Christus ut potentissimus. non em̄ uirgā, ut ille tetendit, non manus in cælum sustulit, nō precibus indiguit, uerū ut dñs ancillæ imperans, & cōditor suæ creaturæ, sic fluctus maris depressit, sedauitq; quasi freno, uerbo solū atq; præcepto. omnis confestim soluta est tēpestatas, nec uestigium fuit ullum turbationis relictum. Hinc factū est, ut

Hierony.

Origenes

Chryst.

Exodi. 14.

4. Reg. 2.
Chryst.

merito demirati sint hoies, Dormit nanq; in nauī ut homo, & uētis mariq; imperat ut deus. sedensq; in nauī, creaturas omnes solo suo imperio deflectit ad uolūtatem suam. Admiremur itaq; & nos, quādo & benignitates & beneuolentias ostendit circa nos dominus, quando nos de periculis saluare dignatur, quando de tumultibus & tribulationibus multis nos liberat, quando ab inimicis insequentibus nos eruit. Miremur & mirantes gratias agam⁹ & gratiæ obediāmus, obaudiētes timeamus, timētes diligam⁹, ut æternæ charitatis ab eodē hæredes efficiamur.

¶ Sed nunc iam piscium quoq; reliquias attendemus, sensum etiam spūalem degustare, primumq; statim historiam hanc de Christo exponamus allegorice (cū facile sit ire per symbola, ut superius diximus) dicamusq; nauim significare sanctam crucem. nauis nanq;, si substantiam spectes illius, lignum est. usus eius est ad transfretandum. in hoc em̄ parat, paruaq; est, non oneraria galea, aut caraca, aut triremis. Quæ omnia probe competunt cruci, q̄ hæc q; in substantia sua parua sit, humilitatem præ se ferens magnam, in qua redempti sumus. unde & Sapiens dixit: Ut non essent uacua sapientiæ tuæ op̄era, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt hoies animas suas, & transeūtes mare, per ratem liberati sunt. Exiguum sane istud lignum crux est, in qua dominus noster Iesus Christus operatus est salutem uniuersi orbis, per quam deinceps fideles omnes ad portum appellunt salutis æternæ. In hanc nauiculam ascendit Christus ipsa parasceues die. & apte nauiculam interpretamur crucem, cum hæc, nauis quosq; figurā habuerit, superius em̄ & inferius angustior fuit. superius qdem, q̄ ibi optimus maximus ille generis humani redemptor, nō habuerit ubi caput reclinaret suum: inferius uero, quoniam ibidem clauo cōfixus uterq; pes fuerit. In medio autem lata fuit, ubi perfidi Iudæi sanctissimum Christi corpus usque adeo distenderunt, ut omnes illi in corpore uires membraq; omnia contremuerint, impleta sic in ipso Dauidis propheta, dicentis: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. (uide in passione.) Ascendēte itaq; Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: secuti

Origenes

Nauis
Cruz.

Sapientia

Matth. 8.

Psalm. 22.

inquam Christum sunt etiam apostoli per supplicia passionum, sicut & ad filios Zebedæi dixit dominus: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? & responderunt, Possumus. Et apud Lucam: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. unde apostoli omnes martyrio coronati sunt, uno excepto Iohanne, qui in feruentis olei dolium missus, deinceps in exilium relegatus est.

¶ Ingresso autem in hanc nauiculam Christo, factus est motus in mari mundi huius magnus. magna enim in elementis omnibus facta mutatio est, quando sol & luna obscurarentur, uelum templi scinderetur, terra uniuersa caligine obfuscaretur, scinderentur petrae, tota que tremere terra, & sepulchra mortuorum aperirentur. En tibi maris huius motum maximum. Sed adhuc undas & procellas aquarum uidere desideras? ecce persecutionem aspice uehementem, quae Christo etiam in cruce iam suffixo contigit, ubi primus statim calumniator illius latro fuit à latere pendens, cum diceret: Si filius dei es, salua nos. Transeuntibus quoque reprobrabant illi: Vah, qui destruis templum dei &c. Sed & principes sacerdotum & scribae improperabant illi, quoniam alios saluasset ipse salutis inops & indigus. Astabant hic, qui patrem suum caelestem inuocanti in clamabant, Eliam uocat iste. Neque deerat illis omnibus insolens quoque militum elusio, qui pro uino acetum offerebant sitienti. Omnes istae procellae nauiculam CHRISTI crucem factam obruerunt, & infestauerunt, quibus & luctus & fuga accessit discipulorum, compassio uirginis maris. unde factum est ut tota undique nauis obregeretur saeuientium undarum tumultibus, maderetque iam sanctissimo innoxii sanguinis defluuio. Neque sic in Christo desijt haec tempestas, durauerunt uenti isti etiam apud gentiles, quibus stultitia erat crux CHRISTI, & Iudaeos, quibus scandalum extitit. In illis igitur undis, ecce obdormit dominus, dum in ara crucis tradito patri spiritu moritur. somnus enim illius mors est, testate id quoque in Psalmis Dauide: Ego dormiui. & In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et cum iam magno illius in somno & morte teneren-

Matth. 20

Luce. 9.

Matth. 27

Luce. 13.

Mar. 14.

1. Corin. 1

Psal. 3. 4.

tur desiderio discipuli, resuscitatus die tertia resurrexit, & eos increpauit de incredulitate, quam dum sustulit, uentis imperauit & mari. & tunc deuicta morte, superato diabolo, facta est serenitas magna, quando etiam uiso domino gauisi sunt discipuli. Id adeo iam nos quoque audimus, miramur & obstupescimus, quoniam sicut tunc uenti & procellae in nauiculam Christi saeuerunt, ita deinceps continuo quoque in haec tempora usque aduersus naues apostolorum & martyrum insurrexerunt.

Mar. 15

Johan. 10

¶ Neque absurde nauis haec intelligi potest quaelibet cuiusuis Christiani hominis anima: quae in mare tunc adducitur, quando corpori unitur. Inque eam descendit CHRISTVS, cum illi gratia sua assistit. statimque uenti persecutionum concitantur, nunc diuitijs, nunc honoribus, potentia alijs. uicissim & carnalis concupiscentiae fluctus commouentur, quibus non raro obruta contegitur nauis. Quicquid enim in hominem praeualet aduersitatis, periculi, uoluptatis, doloris, fortunae, persecutionis, aliud esse ne credas quam fluctus & undas, quibus saeuientibus, excitandus est dominus oratione sedula & pia. statimque adueniens ille, serenitatem facit & tranquillitatem magnam.

Anima hominis nauis.

¶ Sed & ipsa catholica ecclesia nauis firmissima est & solida. in ea sedet dominus, ut gubernator illius & rector, eumque sequuntur discipuli, praelati ecclesiae. Exurgunt autem uenti, quia in eam subinde persecutiones mouentur & minae gentium, haereticorum, Iudaeorum, & nunc nouo quodam saeuitiae genere principum quorundam insolentia, aduersus ecclesiam & ecclesiae libertatem pugnantium, contra leges proprias nitentium fortiter, adeo ut dormire iam credatur ab omnibus dominus.

Ecclesia quoque nauis.

¶ Quem cum praelati ecclesiae orationibus suis excitant, ut surgens uentis imperet, persecutiones compe-scat, haereses aboleat, ecclesiae & illius ministris libertatem & omnia iura reddat, tunc demum fit ista tranquillitas magna. O igitur domine Iesu Christe, largire propitius, ut hanc pacem nos quoque tandem restitutam uideamus in fide nostra catholica.

Danicula
pœnitentię

¶ Ad extremum pœnitentiam quoq; nauiculam esse, & uulgare est, & à doctissimo uiro domino Kaiserspergio latissime declaratum, & per nos quoque explicatum. Quæ quia in omnium passim sunt manibus, missa nunc factio. Et uos deo & protectioni diuinæ commendo. Oremus ad dominum &c.

DOMINICA V.

POST EPIPHANIAE FESTVM,

Euangelium Matthæi XI.

Luce. 10.

Infra. 28.

Luce. 10.

Job. 15. 13.

In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniã sic fuit placitũ ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; pater quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meũ super uos, & discite à me, quia mitis sum et humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue.

HOMILIA PRIMA.

Jacob. 1.

Dominus noster Iesus Christus in hoc euangelio confitetur & gratias agit patri suo cælesti, quòd corda illuminãrit humilium, ad credendum & cõfitemdum ea, quæ tum fidei tum salutis sunt animarum, & quæ omnia absconderit à sapientibus, superbis nimirum & obstinatis. Deinde remuneratorem semet fatetur omnium qui in terris hic duriter laborant, & dicit: Cõfiteor tibi pater, domine cæli & terræ. Est aut triplix in scripturis confessio repire, p̄ctõr; unã, de q̄ Jacobus, Cõfitemi-